ex *USNA* unde e.c. genit. *unsa-ra,* nostrum *unser*; v. gr. 264. et gr. comp. 166.)

अस्मत्तस् (a praec. s. तस्) interdum ponitur pro *Ablat. pl.* अस्मत् sicut in *Sing.* मत्तस् pro मत्. A. 4. 16.

अस्मदीय (ab अस्मत् s. ईय gr. 289.) noster. Bh. 11. 26.

अस्मद्विध (meam *aut* nostram indolem habens, *BAH.* ex अस्मत् et विध *m.* aut विधा *f.* indoles, natura, species) mihi *aut* nobis aequalis. Sa. 4. 7.

अस्यै, अस्यास्, अस्याम् v. gr. 270.

अस्र *n.* 1) (fortasse a r. सृ ire, cf. असृज्) sanguis. Am. 2) (pro अश्रु) lacryma. Ur. 58. 12.

अस्रु *n.* lacryma (v. अश्रु).

अस्वप्न *m.* (liber a somno, ex अ priv. et स्वप्न) deus. Am.

अस्वस्थ (*KARM.* ex अ priv. et स्वस्थ sanus, validus) infirmus, invalidus, aegrotus. Sa. 5. 4. N. 2. 5. 6. 7.

अस्वस्थता *f.* (a praec. s. ता) aegritudo. Ur. 53. 2. infr.

अह् (radix verbi defectivi quod in praeterito redupl. solum sed saepissime invenitur, et cum praeteriti et cum praesentis significatione. Secunda persona sing. anomale format आत्थ; v. gr. 456[b].) dicere. In. 1. 12. Br. 1. 17. 2. 29. (Huc refero hibern. *ag-all* sermo, *ag-aill* loqui, *eigh-im* clamo; goth. *af-aika* nego, attenuato अ in *i,* quod cum gunae incremento fecit *ai,* sicut *skaida* separo convenit cum छिद् et lat. *scindo* et *maita* abscindo cum भिद् et *findo,* mutatâ labiali in nasalem ejusdem organi. Gothico *aika* respondere videtur germ. vet. *jihu* dico, fateor, puto (v. Graff I. p. 581.), a radice *JAH* - gr. comp. p. 116. - ita ut *j* vocali initiali sit antepositum, (*) sicut fortasse in goth. *jains* Th. *jaina,* nostro *jener,* si hoc pertinet ad scr. एन q. v. A *jihu* praefixo *bi* est *bijihu* confiteor unde substantivum *bijiht* confessio, nostrum *Beichte.* Pottius apte confert lat. *nego* i. e. *n'-ego* cum *g* pro ह et goth. *k,* sicut e. c. in *ego* contra अहम्, goth. *ik.* Fortasse etiam *ajo* a nostrâ radice descendit, ejecto *g* et addito charactere quartae classis. Potest tamen *ajo* etiam a ख्या praefixo आ derivari, item ejectâ gutturali. Respiciatur etiam goth. *ah-ja* cogito, quod si cum अह् cognatum est, - ita ut aspirata tenuis loco fungatur quam ex generali consonantium permutandarum lege exspectaveris - primitivam significationem servaverit, quum linguae facile a notione cogitandi ad notionem loquendi transeant, sicut e. c. zendicum *manthra* loquela et nostrum *Mund,* ut loquelae instrumentum, a radice मन् cogitare descendunt.)

c. प्र *i. q. simpl.* Su. 4. 23. Bh. 6. 2. 13. 8. (Fortasse cum प्राह् dicere cohaeret nostrum *SPRACH, spreche,* ita ut *s* euphonicum sit antepositum, cum *s* sequenti *p* et *t* facile se adjungat, quam ob rem Pottius gothicum *stautan,* nostrum *stoſsen* ad radicem sanscritam et latinam *tud* apte reduxit.)

c. प्रति respondere. N. 26. 11.

अह *in fine nonnullorum compositorum pro* अहन्, *e. c.* एकाहम् per unum diem, प्रत्यहम् quotidie. Sak. 30. 3. 4. infr. (Cf. hibern. *aga «leisure, time, opportunity».*)

अहङ्कार *m.* (ex अहम् ego et कार faciens) sui conscientia, sui studium, superbia. Bh. 2. 71. 7. 4.

अहङ्कृत (ex अहम् ego et कृत factus) sui studiosus, superbus. Br. 2. 11.

अहन् *m.* (irr. gr. 228., fortasse mutilatum e दहन् a r. दह् urere s. अन् sicut अश्रु e दश्रु) dies. (Si goth. *dags* Th. *daga,* angl. *day,* nostrum *Tag* huc vel ad supra memoratum अह pertinent, lex consonantium permutandarum, quâ goth. *taks* contra दह् postularetur, dupliciter violata est. Respicias tamen goth. *dauhtar* filia et *daur* Th. *daura* porta, quae, cum दुहितृ et द्वार comparata, item antiquam Mediam conservarunt.)

अहम् ego (v. अस्मत् et gr. 264. et cf. gr. ἐγών, ἐγώ, lat. *ego,* goth. *ik,* nostrum *ich,* lith. *asz,* slav. *az,* cambro-brit. *ym,* bret. *am, em*).

अहर् *n.* dies. Bh. 8. 17. 18. 19. Su. 1. 34. Hoc vocabulum,

(*) Cf. gramm. comp. 255. *n*).